

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio LXXX. Decanus & Capitulum alicujus Ecclesiæ Collegiatæ possunt
præscribere potestatem excommunicandi, incarcerandi, & coërcendi
Canonicos, Vicarios, & Beneficiatos deliquentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

lio & assensu duorum Capitularium initio cuiuslibet anni à Capitulo eligendom, ut disponitur in Concil Trident, sess. 25. cap. 6. latè Fagnan. iud. cap. mrefragabili §. expressus à num. 9.

Sunt tamen casus speciales, quibus Episcopus solus corrigerere potest, vel si totum Capitulum nimine excepto delinquisset. *Rotatoram Seraphino daf. 117. num. 1. & seqq. & in casu Clerici concubinatus, cuius coercionem Episcopo relevavit Concil Trident. sess. 25. cap. 14. de reform. uii decidi Rota decif. 55. n. 5. pars. secundum.*

DECISIO LXXX.

Decanus & Capitulum alicujus Ecclesiae Collegiatæ possunt præscribere potestatem excommunicandi, incarcerandi, & coercendi Canonicos, Vicarios & Beneficiatos delinquentes.

Decisio 2. de præscript. in no-vis.

S U M M A R I U M.

1 Prescribi potest per Capitulum potestas coercendi Capitulares.

2 Iudicare & excommunicare non sunt finctus iurisdictionis, sed potius la-

bore & onus.

3 Possessio iurisdictionis annullatur.

Fuit dubitatum & in relationibus positum, utrum Decanus & Capitulum aliquis Ecclesiae Collegiatæ possent præscribere potestatem excommunicandi, incarcerandi, & installandi Canonicos, Vicarios, & alios Beneficiatos illius Ecclesiae delinquentes? Super quo dubio fuit solemniter per Advocatos in publicis relationibus allegata & tractata materia meri & mixti Imperii; & quia predicta videbantur meri imperii, & spectantia non ad se, sed ad Principem. Utin L. Imperium ff. de juris d. omn. iud. Ergo non videbantur præscripti bilia, sicut nec delega-

bilia

billia secundum leges, sicut vero secundum Canones, secundum quos etiam ea quae sunt meri Imperii possunt delegari, prout legitur & notatur in c. in Archiepiscopatu. de rapt. & sunt texus de hoc in C. licei de offic. Vicar. in 6. & c. Episcopus ne Cler. vel Mon. eod. lib. 6. & sunt etiam secundum Canones praescriptibilia per inferiores. Nam non est dubium Episcopos & Superiores Praelatos habere merum & mixtum Imperium, videlicet judicandi, & corrigendi, puniendi & excommunicandi, incarcerandi, depонendi, degradandi, suspendendi, & interdicendi &c. Can. perfectis dist. 25. c. corripiantur 24. quæst. 4. c. sententia Pastoris & c. curia 11. quæst. 3. c. transmissa de elect. cap. 1. de translati. Episc. c. 1. de offic. Ordin. c. at si Clerici c. cum non ob hominem de jude. c. conquesbus de foro compet. c. ut fama & C. si Clericos de sent. excom. in 6. c. degradatio de penit. eod. lib. cum multis simil. & per spec. de jurisd. omn. iud. §. 1. ver. ad hujusmodi, ubi enumerat omnia quæ sunt meri Imperii Episcopis pertinencia: sed omnia jura Episcopalia ad utramque legem, sive jurisdictionis, sive Diocesanam pertinientia, sunt per inferiores Episcopis praescriptibilia, ut de prescript. C. Arbitr. ca. dilectio de excess. pre. c. accedentibus ergo &c. Quod autem punitio, & correctio Canonorum Cathedralium Ecclesiastium posset secundum consuetudinem legitime praescriptam ad Decanum & Capitulum pertinere, est text. in cap. irrefragabili §. excessus quoque de offic. Ordin. Imò quandoque ad solum Decanum, ut in C. dilectis de appellat. & de sententia excommunicanti. C. dilectio lib. 6. ut ille Decanus habuit, & exercere potuit utrumque gladium, maximè ubi ipse Caput Capituli immediatum ab illo Capitulo electus, & per Episcopum confirmatus, prout ponebat in facto, nam tunc ipse solus ex electione & confirmatione Superioris habebat omnimodam iurisdictionem in ipsum eligentem, sive in ipsos eligentes, prout pulchre notat & deducit Innoc. in c. cum ab Ecclesiast. de offic. Ordin. & ibi text. Quod inferiores Praelati possunt excommunicare, & judicare, facit de offic. Archic. mandamus & C. ad bac de Dec. c. per venit, dummodo sit talis persona, in quam hoc Jus cadere potest, de his quæsunt à major par. cap. C. 3. de appellat. C. Romana §. 1. lib. 6. de consuetud. c. 2. eodem lib. Imò dixit Innoc. quod quilibet Clericus possit praescribere jus excommunicandi, & similia, licet non habeat ordinariam jurisdictionem. Sed quia, prout ponebatur in facto, prædicti Decanus & Capitulum non nisi semel prædicta exercuerunt. Fuit dubitatum, & etiam solenniter super hoc allegatum, utrum per unicum actum hujusmodi quæsivissent possessionem in similibus casibus judicandi, & procedendi: Et fuit allegatum ad partem negativam quoddam not. Inn. in c. cum dilectus derelig. do, ubi ipse tenet expresse, quod licet quis sit in possessione subjectionis alicuius etiā per mille annos, non propter hoc potest illum judicare, sive condemnare, neque civiliter, neque criminaliter, imò teu-

sententia excommunicationis in ipsum prolatā non tenet. Ratio, quia judicare, &
 excommunicate non sunt fructus jurisdictionis, nec fructus propriè dici possunt,
 periculum, labor, & onus, & sic non obstat, C. cum Ecclesia Sutrina. de causa
 posse. & propriet. & C. consultationibus de jure part. Nam eligere vel præsentare
 bene sunt fructus possessionis juris eligendi vel præsentandi. ut non alibi
 Innocent. in cap. in litteris de restitu. ffol. Non sic in illo, qui tantum haber pos-
 sessionem subjectionis, sive jurisdictionis alicuius: Pro qua conclusione facio
 ptimè secundum Innocent. decret. cùm contingat, de foro competet. Nam
 ibi dicitur, licet Canonici Beluace, habentem jurisdictionem super familiars
 iporum de consuetudine, tamen non poterant illos excommunicare: Sed possu-
 responderi, quod ibi tantum prescriptum, quantum possessionem, de decisione C.
 cùm in tua, vel quia illino habebant assistentiam tantum juris communis, sicut
 isti Decanus & Capitulum ad cap. ad decimas, de restitutione ffol. lib. sexta, re-
 spondit etiam Innocent. ad L. Barbarus. ff. de offic. Praeo. & not. per eum u. c.
 nibile est de electione. à quo dicto videtur Innocent. recedere in fin. glo. ensem
 ibi, tamen alii alter dicunt, & ut videtur, melius, ut not. pereum, de restitu. fol.
 cap. olim. 3. ubi tenet exp̄s, quod quilibet Clericus possit possidere, & pi-
 scribere ius excommunicandi, & si ille, quem excommunicat, obedit sciente & pa-
 tiente Episcopo, vel alio suo Superiori, statim excommunicans acquirit posse-
 sionem excommunicandi, & tenet ejus sententia, si erat in possessione excom-
 municandi, prout nota Innocent. in dicto c. cùm dilectus in glo. fina. & remittit
 ad not. per eum in cap. secundo de restitu. ffoliato, sed utrum sufficiat ad hoc unius
 actus possessionis, Innocent. in c. 2 de Capel. Mon. videtur ianuere quod non. Pro
 quo facit Text. in C. cùm Ecclesia Sutrina de causa pos. & propriet. & not. in c. fi-
 nal. de confus. Nam secundum Innocentium ubi supra, licet possessio generalis
 jurisdictionis acquiratur per unicum actum, dummodo utens intendat unum iure
 suo, quoad jurisdictionem universalem, tamen hoc non procedit in personis, ra-
 tionem diversitatis ponens, quia sub jurisdictione comprehenduntur omnes par-
 tes ejus, & actus, sed sub persona non continentur alia, & in illis habet locum
 regula, quod tantum praescriptum, quantum possessionem. de decisione cùm
 in tua. hac vera, si nullus alias sit in jurisdictione illarum personarum, quia non
 ad alias personas non extenderetur possessio jurisdictionis quæsita in uno homini,
 sed si alias est in possessione jurisdictionis super unum populum, & ego exerceam
 jurisdictionem in unam personam tantum illius populi sciente Domino, & patien-
 te, super totum populum acquirō, quia quasi una & continua est gleba, scilicet
 unus populus, & nunc bene extenditur possessio de persona ad personam. Ra-
 zo, quia ille, in quem exercui jurisdictionem, non possidebat illum, contra
 quenam

quem præscribo jurisdictionem in hanc personam, & aliam communiter habebit de prescript. C. cùm ex offici. De extensione juris corporalis & incorporalis, vide Innocent. in C. in litteris de restitutione spolia. & ibi Panorm. de hac materia predicatorum duorum dubiorum in suo Commento. At in casu nostro fuit probatum predictis Decano & Capitulo datam potestatem plenariam judicandi, corrigendi, puniendi, excommunicandi, & etiam incarcerandi omnes personas beneficiatas illius Ecclesie per privilegium Episcopi illius loci, & per Sedem Apostolicam confirmatum, & quod ipsi fuerunt in possessione generali predicatorum, & eis tæpè obtemperatum excepto actu installationis, quem licet non nisi semel exercuerant, tamen quia postea in 40. annis similis casus non occurrerat, sed modè noviter occurrit, fuit decisum, & conculsum quod tenerat, & valuerat hujusmodi infallatio per Innocentium in dicto C. dilectus de Capell. Mo. super versiculos possefforium. in suis. & per not. per Ber. in dicto C. cum Ecclesia Sutrina, & per Ifo. titul. de prescriptione. §. primo versiculo. sed pone, quod melius, & per eundem titulum de iur. omn. Iudic. §. primo C. i. cap. fin. ubi recitat quasi de verbo ad verbum not. Innocent. supra script. & vide ad materiam Innocent. in dict. capit. secundo de restitutione in integr. & in dict. C. olim de restitutione spoliatorum, & de posta. Prelatorum cap. bona. 2. per eundem.



DECI-